

## **Animadversiones quaedam de circumscriptionibus non territorialibus in disciplina iuridica vigenti**

TAMARO

**SINTESI.** L'articolo è una riflessione canonistica attorno alle strutture personali di carattere gerarchico. A partire dalla normativa comune del CIC e della *Pastor Bonus*, nonché dall'analisi di alcuna concreta realizzazione, l'autore cerca di delineare quali siano le caratteristiche – teologiche e giuridiche – che possano ritenersi comuni alle circoscrizioni personali, e quindi traccia le peculiarità specifiche a ciascuna di esse, soffermandosi in particolare modo sulla recente Amministrazione apostolica personale eretta nella diocesi di Campos (Brasile).

**SYNTHESYS.** This article offers some canonical reflections regarding personal hierarchical structures of the Catholic Church. Based on the common norms of the CIC and on the Ap. Conts. *Pastor Bonus*, the author outlines the common characteristics – theological and juridical – of personal circumscriptions; then points out what is specific of each of them; and finally analyses in a particular way the personal apostolic administration erected recently in the dioceses of Campos (Brazil).

### **1. CIC 1983, CONST. AP. "PASTOR BONUS" ATQUE CONST. AP. "UT SIT"**

Iam in "*Principiis quae Codicis Iuris Canonici recognitionem dirigit*"<sup>1</sup>, a Synodo Episcoporum die 7 octobris 1967 approbatis<sup>2</sup>, prae-

1. Cf. *SYNODUS EPISCOPORUM, Principia quae pro Codicis Iuris Canonici recognitione proponuntur*, in: *Communicationes*, 1 (1969), p. 77-85.

2. De codificationis historia singillatim videatur: F. D'OSTILIO, *La storia del nuovo codi-*

TAMARO

sertim in n. 8, criteria ad redigendas circumscriptio[n]es ecclesiasticas effingebantur. Pro praedicto territorialitatis principio in Ecclesiae ordinatione, documentum explanabat quomodo hodierni apostolatus condicione[es] etiam unitates iurisdictionales exigent – ceterum iam tempore praeterito aliquando temptatas –, «ad peculiarem curam pastoralem destinatas». «Principiorum» n. 8 etiamvero in iure canonico quandam elasticitatem<sup>3</sup>, ad determinandam iurisdictionem ac definiendas Ecclesiae circumscriptio[n]es pastorales, ponere intendebat<sup>4</sup>. Ex doctrina conciliari de Ecclesia particulari sicut “portione populi Dei, quae Episcopo cum cooperatione presbyterii pascenda concreditur”<sup>5</sup>, praecipua igitur ratio agendi Codicis Iuris Canonici auctori dabatur. Id est, servata, sicut regula generali, definitione pro territorio populi Dei portionis quae Ecclesiam particularem constituebat, alia definitionis criteria accipi possent<sup>6</sup>, indole personali, sicut ratione

ce di diritto canonico. Revisione, promulgazione, presentazione, Città del Vaticano, 1983, p. 28.

3. Cf. A. DEL PORTILLO, *Dinamicità e funzionalità delle strutture pastorali*, in: *La collegialità episcopale per il futuro della Chiesa*, Firenze, p. 161-177. Auctor enimvero declarat, referens de externa Ecclesiae structura: «Fino a poco tempo fa, la Chiesa, seguendo anche in questo la “lex incardinationis”, aveva organizzato le sue strutture pastorali e giurisdizionali secondo un criterio basato rigidamente ed esclusivamente sul principio della territorialità e del domicilio dei fedeli. Le circostanze sociologiche, in cui il popolo di Dio realizzava la sua missione erano caratterizzate dall'esistenza di gruppi omogenei di persone, la cui vita e attività si svolgevano staticamente dentro i limiti chiaramente definiti di una circoscrizione territoriale. Questo fatto si era cristallizzato nella legislazione raccolta nel codice di diritto canonico del 1917 – si vedano per es. i cann. 215-217 – dove ci viene offerta una visione della Chiesa funzionalmente divisa in parti territoriali. Indubbiamente, questo tipo di organizzazione delle unità giurisdizionali rispondeva adeguatamente alle caratteristiche di una società prevalentemente agricola o artigiana. Oggi, invece, queste circostanze sono considerevolmente cambiate: il movimento migratorio aumenta in una proporzione finora sconosciuta; le città crescono smisuratamente, il piccolo artigianato familiare di altri tempi viene assorbito dai grandi complessi industriali; la facilità di comunicazione fa progressivamente sparire le distanze, mentre si accentua la dissociazione tra il luogo di domicilio e il luogo di lavoro o di impiego abituale del tempo libero, ecc. La sensibilità pastorale del Concilio Vaticano II ha profondamente captato queste nuove circostanze sociali e la necessità che la Chiesa ne tenga accuratamente conto nella stessa organizzazione e svolgimento della sua missione evangelizzatrice [...]» (*ibidem*, p. 161-162).

4. Cf. J. I. ARRIETA, *Fattori rilevanti per la determinazione della giurisdizione ecclesiastica*, in: *I Principi per la revisione del Codice di Diritto Canonico*, a cura di J. CANOSA, Milano, 2000, p. 591.

5. Cf. CONCILIO VATICANUM II, *Decr. Christus Dominus*, diei 28 octobris 1965, n. 11, in: *Conciliorum Oecumenicorum Decreta*, a cura di G. Alberigo et al., Bologna, 1991, p. 924.

6. Cf. ACTA SYNODALIA S. CONCILII OEC. VATICANI II, *Schema decreti de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, textus emendatus et relationes*, II, Civitas Vaticana, 1964, p. 51. Adhuc vide J. HERVADA, *La incardinación en la perspectiva conciliar*, in:

ritus, nationis, etc., si utilitas – haud dubie naturae pastoralis –, id suassisset<sup>7</sup>.

Tamen, CIC 1983, in hoc versu, praecpta conciliaria atque “Principia” plene perspexisse non videtur. Enim, stante principio quod Ecclesia particularis plerumque territorialis est<sup>8</sup>, Codex norma procastinationis generali adiungit: «attamen, ubi de iudicio Supremae Ecclesiae Auctoritatis, auditis Episcoporum Conferentiis quarum interest, utilitas id suadeat, in eodem territorio erigi possunt Ecclesiae particulares ritu fidelium aliave simili ratione distinctae»<sup>9</sup>, ita recipiens quod etiam circumscriptio[n]es ecclesiasticae personales erigantur atque territorium Ecclesiae particularis notionis elementum essentiale non sit<sup>10</sup>.

Vero, CIC 1983 in circumscriptio[n]um personalium contextu iuridico inter duo species concretas discernit: assistentiam spiritualem militibus, quamobrem ipse Codex cappellanorum castrenium instituto iuridico quaestionem resolvit, sub specifico aspectu Ecclesiarum particularium structurae internae, postremo ad disciplinandam matheriam praecipuis legibus specialibus procastinans<sup>11</sup>; praelaturas personales, quae revera ex iure communi ac speciali definiri possunt sicut fidelium – clericorum et laicorum – “coetus” vel communitates organiche atque hierarchice instructae, modulo ordinatorio “clerus-plebs”<sup>12</sup>.

In systemate codiciali enimvero praelatura personales in cann. 294-297 praevise, inter normas de ministrorum sacrorum statu iuridico et normas de fidelium associationibus ponuntur; utcumque extra Ecclesiae constitutionem hierachicam. Opus est autem huius consilii incongruentia in luce collocari, in aliquam partem<sup>13</sup>, cum observetur

*Ius Canonicum*, 7 (1967), p. 479-517 atque K. MÖRSDORF, *Decretum de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia. Einleitung und Kommentar*, München, p. 172.

7. De hoc vide G. DALLA TORRE, *Le strutture personali e le finalità pastorali*, in: *I Principi per la revisione del Codice di Diritto Canonico*, a cura di J. CANOSA, Milano, 2000, p. 569.

8. Cf. CIC, can. 373 § 1.

9. Cf. *ibidem*, can. 372 § 2.

10. J. I. ARRIETA, *Iglesias particulares*, in: *Comentario Exegético al Código de Derecho Canónico*, II/2, Pamplona, 1996, p. 677.

11. Cf. CIC, can. 569.

12. De constitutionali praelaturarum personalium ambitu, potissimum cf. J. HERVADA, *Diritto costituzionale canonico*, Milano, 1989, p. 181 ss.; cf. etiam J. I. ARRIETA, *Diritto dell'organizzazione ecclesiastica*, Milano, 1997, p. 108 ss.

13. Cf. P. RODRÍGUEZ, *Chiese particolari e prelature personali*, Milano, 1985, p. 68-69; J. L. GUTIÉRREZ, *Le prelature personali*, in: *Ius Ecclesiae*, 1 (1989), p. 475-476.

quod deinde ipse Codex in can. 295 § 1 explicat prelatura personale. Praelatum ut Ordinarium proprium praeponi, id est, pro illis qui “*praepositi sunt alicui Ecclesiae particulari vel communitati eidem aequiparatae ad normam can. 368*”<sup>14</sup>.

Aliis verbis, anomalum appareat quod autem Codex prelaturarum personalium disciplinam extra partem II, libri II, collocat, appellatam “*De Ecclesiae constitutione hierarchica*” atque pertinentem ad auctoritatis disciplinam in Ecclesia; autem contra Praelato facultates confert, quae ad ambitum Ecclesiae constitutionis hierarchicae attinent – et ipse Codex in praedicto ambitu revera collocat<sup>15</sup>.

Relate ad disciplinam codicialem, potissimum explicatur quod prelatura personales, reiteratis praeceptis conciliaribus de hoc, finem promovendi presbyterorum idoneam distributionem vel perficiendi specialia opera pastoralia vel missionalia pro variis regionibus aut diversis coetibus socialibus habent<sup>16</sup>.

Quapropter ut prelatura personalis legitime erigi possit, apta causa pastoralis necesse est, pro determinatis personalibus vel localibus circumstantiis, quae structuris pastoralibus in Ecclesia vel universalis vel particulari praexistentibus non superponatur, sed id de quo iam a structuris ecclesiasticis ordinariis probatur, compleat, cum convenienter curae pastorali dioecesanae inseratur<sup>17</sup>.

Hoc igitur explanat cur solummodo Apostolica Sedes de opportunitate ergendi prelaturas personales iudicare possit; etiamvero explicat cur prelatura personale erectio itineris peculiaris ultimus actus sit, cuius quoddam praesuppositum Conferentiarum episcopalium ad hoc pertinentium auditio necessaria est, quamvis earum opinio erga Sanctam Sedem obstringens non sit<sup>18</sup>. Vero, in Codicis vi-

14. Cf. CIC, can. 134 § 1.

15. Notetur, praeterea, quod Prelatura personales, secundum aliquam doctrinae partem, Ecclesiae particulares stricto theologicis sensu non sunt (nec eis adsimilatae); enim vero, sicut videbitur, circumscriptiones solummodo “*in iure*” aequiparatae Ecclesiae particuliari bus putari debent (cf. J. I. ARRIETA, *Le prelature personali e le loro relazioni con le strutture territoriali*, in: *Il Diritto Ecclesiastico*, 112 [2001], p. 37-38; C. ERRÁZURIZ M., *Ancora sull’equiparazione in diritto canonico: il caso delle prelature personali*, in: *Ius Ecclesiae*, 5 [1993], p. 633-642; J. L. GUTIÉRREZ, *Le prelature personali*, p. 474, nota 31).

16. Cf. Cic, can. 294.

17. Cf. G. DALLA TORRE, voce: *Prelato e prelatura*, in: *Encyclopedia del Diritto*, XXXIV, Milano, 1985, p. 976.

18. Vero erectionis procedimentum iuridicum instruitur a competetenti Curiae Romanae organo, in speciali modo a Congregatione pro Episcopis: hoc iam sanciebatur, ante promulgationem Constitutionis apostolicae *Pastor Bonus*, a Constitutione apostolica

gentis disciplina prelatura personales iuridica personalitate gaudere non perspicuntur. Attamen, non est dubium quin prelatura semi-narium personalitatem iuridicam canonicam “*ipso iure*” habeat<sup>19</sup>. Ceterum, verbi technici “*erigere*” in can. 294 usus, qui in iure canonico personificationis iter indicat, quod prelatura personales quoque personalitate iuridica gaudent, significare videatur<sup>20</sup>.

Observetur quod in Codice prelatura personalis regi statutis ab Apostolica Sede conditis perspicitur<sup>21</sup>, cum hoc modo Supremae Auctoritatis facultas discretionalis in luce ponatur constituendi in statutis fines qui, in casu concreto, cum praedictis necessitatibus pastoralibus concordant<sup>22</sup>, in Ecclesiae universalis atque particularis ambitu; praeterea quod prelatura personalis considerari non potest ut fidelium associatio, sed ut institutio, et proprie sicut structura iurisdictionalis<sup>23</sup>.

Prelatura personalis a Praelato regitur, qui Ordinarius proprius est<sup>24</sup>. Ille, stante Codicis silentio, secundum peculiares statutos de-

Regimi Ecclesiae Universae, diei 15 augusti 1967, quae in merito adfirmabat: «Ad Congregationem pro Episcopis spectat, in locis et pro personis non obnoxii Congregationi pro Ecclesiis Orientalibus vel pro Gentium Evangelizatione, novas dioeceses, provincias, regiones constituere, easdem constitutas dividere, unire, recognoscere, tum Conferentiis Episcopalibus – quarum intersts – proponentibus (Decr. *Christus Dominus*, 22-24; 39-40), tum iisdem, si casus ferat, auditus; Vicariatus Castrenses erigere nec non, auditis Conferentiis Episcoporum territorii, Praelaturas ad peculia opera pastoralia perficienda pro variis regionibus aut coetus socialibus speciali adiutorio indigentibus (*ibidem*, 420; Decr. *Presbyterorum ordinis*, 10; M. p. *Ecclesiae Sanctae*, I, 4); agit praeterea quae attingunt Episcopos, Administratores Apostolicos, Coadiutores et Auxiliares Episcoporum, Vicarios Castrenses ceterosque Vicarios seu Praelatos iurisdictione personali fruentes, nominandos» (cf. PAULUS PP. VI, Const. ap. *Regimi Ecclesiae Universae*, art. 49 § 1, in: *AAS*, 59 [1967], p. 901).

19. Hoc desumi potest ex ratione communis cann. 295 § 1 et 238 § 1.

20. Sub aspectu huius quaestiones satis generali, cf. G. MAURO, *Enti ecclesiastici*, in: *Encyclopedia del diritto*, XIV, p. 987 ss.

21. Cf. CIC, can. 295 § 1.

22. Cf. P. G. MARCUZZI, *Le prelature personali nel nuovo CIC*, in: *Apollinaris*, 56 (1983), p. 471.

23. Autem prelatura personale institutum collocatur, secundum aliquam doctrinae partem, in ambitu de entibus associativis, quae praecipue prelatura putat sicut associationem mere clericalem, rectius ut societatem incardinationis clericorum saecularium, deditam ad finem peculiarem (cf. W. AYMANS, *Kirchliches Verfassungsrecht und Vereinigungsrecht in der Kirche*, in: *Österreichisches Archiv für Kirchenrecht*, 32 [1981], p. 79 ss.; G. GHIRLANDA, *Natura delle prelature personali e posizione dei laici*, in: *Gregorianum*, 69/2 [1988], p. 299-314). Iuxta aliam doctrinae partem – vere conspicuum – prelatura personales structurae iurisdictionales solummodo in iure aequiparatae Ecclesiae particuliari bus sunt (cf., *ut exemplum*, P. LOMBARDIA-J. HÉRVADA, *Sobre prelaturas personales*, in: *Ius Canonicum*, 27 [1987], p. 11-76; A. DE FUENMAYOR, *Le prelature personali e l’Opus Dei*, in: *Ius Ecclesiae*, 1 [1989], p. 157-175).

24. Cf. CIC, can. 134.

signatur, ac si ab auctoritate diversa a Sancta Sede eligitur vel nominatur, eius "confirmationem canonicanam" obtinere debet<sup>25</sup>. In praelaturis personalibus cleri saecularis presbyteri atque diaconi incardinantur, qui institutionem spiritualem ac intellectualem recipient apud proprium praelatura seminarium<sup>26</sup>, et ad sacros ordines a Praelato promoti sint. Praedicti clerici quorum decorae sustentationi Praelatus prospicere debet<sup>27</sup>, peculiarium operum pastoralium servitio sunt, "titulo servitii praelatura"<sup>28</sup>.

Pro his officiis apostolicis etiamvero fideles laici propriam "organicam cooperationem"<sup>29</sup> praestare possunt, particularibus pactionibus vel stipulationibus – Codex de "conventionibus" loquitur – ab eis cum praelatura initis, iuxta iuris canonici normas atque leges civiles a iure canonico recognitas<sup>30</sup>, nihilominus secundum principia posita in praelatura statutis. In his statutis modus concretus organicae cooperationis inter laicos ac clericos praelatura finibus, et praecipua iura atque munera quae partes contrahentes sibi assumunt in conventionibus bene determinantur<sup>31</sup>.

Agitur postremo in Codice de quaestione praelatura personalis relationum cum Ecclesiis particularibus<sup>32</sup>. Prorsus problema difficile est, sub aspectu seu iuridico seu pastorali et theologicō; vitanda vero sunt vel iurisdictionis conflictus inter Ordinariū loci et Ordinariū praelatura propriū, vel opera pastoralia discrepantia cum pastoralis dioecesanae necessitatibus, vel principii fundamentalis negationes Concilii Vaticanī II ecclesiologiae et Codicis 1983 disciplinae, quod est Ecclesiae particularis centralitas in evangelizationis et promotionis humanae actione, quae Ecclesiae propria est<sup>33</sup>.

Relate ad thema, Codex duo criteria sancit ut quaestio propo-

natur ac resolvatur: alterum praelatura ordinamento iuridico peculiari internum, sicut huius activitatis ordinationis criterium generale in Ecclesiarum particularium ambitu; alterum contra praelatura ordinamentum externum, quod determinandum est, in concreto casu, in huius actionis praecipua explicazione<sup>34</sup>.

Enimvero, declarantur relationes cum Ordinariis locorum, in quibus praelatura personalis propriam actionem exercet aut exercere vult, definiri in statutis, sed numquam quoddam opus pastorale fieri potest sine Episcopi dioecesani consensu<sup>35</sup>. Hoc significat quod Santa Sedes, in determinandis praelatura personalis statutis, regulas generales sancit, quibus praelatura oboedire utcumque debet in relationibus cum Ordinariis dioecesanis et salvis semper eorum iuribus<sup>36</sup>; etiamvero significat quod pro quoque opere pastorali vel missionali praevius eorum consensus necessarius est.

Praeterea agitur de actu iuridico discretionali (cum Episcopus dioecesanus procul dubio praedictorum operum congruentiam aestimare debeat cum dioecesis necessitatibus eius curae spirituali concretae)<sup>37</sup>, sed ceterum hic consensus ad arbitrium negari non poterit<sup>38</sup>, cui Codex formam peculiarem non exigit – etiamsi forma scripta apta videatur – atque sicut "licentia" definiri potest. Haec "licentia" est conditio sine qua non, praelatura propriam actionem in Ecclesia particulari exercere possit<sup>39</sup>.

34. Cf. G. DALLA TORRE, voce: *Prelato e prelatura*, p. 978.

35. Cf. CIC, can. 297.

36. Cf. G. LO CASTRO, *Le prelature personali. Profili giuridici*, Milano, 1999, p. 60-61.  
37. De generalibus Ordinarii localis competentiis in Ecclesiis particularibus, maxime in Codice Iuris Canonici apparando, cf. G. FELICIANI, *Il Vescovo diocesano e la riforma istituzionale*, Bologna, 1981, p. 25 ss.

38. Altera ex parte, observetur quod Episcopus dioecesanus solus et unus apostolatum auctor in Ecclesia particulari esse non potest; autem Concilium Vaticanum II Episcopi dioecesani auctoritatem procul dubio roboravit, sed ut omnium apostolatum "moderator" atque "coordinator": «Variae foveantur apostolatus ratione atque in universa dioecesi, vel in eiusdem peculiaribus regionibus, omnium operum apostolatus, sub moderamine Episcopi, coordinatio atque intima coniunctio, qua quidem omnia incepta atque instituta, catechetica, missionalia, caritativa, socialia, familiaria, scolastica atque quaelibet alia finem pastoralem consequentia, ad concordem redigantur actionem, qua simul clarius dioecesis unitas eluceat» (Decr. *Christus Dominus*, n. 17, *ibidem*, p. 927). «Amplitudo territorii dioecesani eiusve incolarum numerus alis sit generatim ut, ex una parte, ipse Episcopus, licet ab aliis adiutus pontificalia exercere visitationesque pastorales congrue peragere valeat, omnia apostolatus opera in dioecesi rite moderari atque coordinare...» (Decr. *Christus Dominus*, n. 23, *ibidem*, p. 929).

39. Quod peculiariter attinet ad primam praelaturam personalem in Ecclesia, in Congregationis pro Episcopis *Declaratione Praelatura Personales*, statuitur: «a) qui ad praelaturam pertinent, iuxta iuris praescripta, normis territorialibus tenentur quea tum dispositiones generales respiciunt indolis doctrinalis, liturgicae ac pastoralis tum leges

- 25. Circa praelatura officii capitalis provisionem, electionis systema, ad normam cann. 164-179, cf. J. I. ARRIETA, *L'atto di erezione dell'Opus Dei in prelatura personale*, in: *Apollinaris*, 56 (1983), p. 100-103.
- 26. Cf. CIC, can. 295 § 1.
- 27. Cf. *ibidem*, can. 295 § 2.
- 28. Cf. *ibidem*, can. 295 § 1.
- 29. *De conceptu amplius* cf. J. L. GUTIÉRREZ, *Unità organica e norma giuridica nella Cost. ap. "Ut sit"*, in: *Romana*, 3 (1986), p. 342-351; J. HERVADA, *Aspetti della struttura giuridica dell'Opus Dei*, in: *Il Diritto Ecclesiastico*, 97 (1986), p. 410-430.
- 30. Cf. *ibidem*, can. 1290.
- 31. Cf. *ibidem*, can. 296.
- 32. Cf. *ibidem*, can. 297. De hoc igitur argumento aptius vide J. I. ARRIETA, *Le prelature personali e le loro relazioni con le strutture territoriali*, p. 22-49.
- 33. Cf. circa meritum G. DALLA TORRE, *Chiesa particolare e comunità politica*, Modena, 1983, p. 45 ss.

Consequenter, praelatura personalis finium atque peculiarum operum congruentia cum curae pastoralis ordinariae necessitatibus nihilominus Ordinarii loci iurum tutela traditur, dupli Sanctae Sedis atque Episcopi dioecesani inspectioni, quae competentiarum a iure canonico modo exclusivo Ecclesiis particularibus concreditarum, detractionis pericula vitare debeat, quamvis praelatura personalis atque Ecclesia particularis coniungantur vinculo «*d'immedesimazione funzionale organica*»<sup>40</sup>.

Alia magni momenti quaestio, tempore Codicis 1983 redactionis orta, spectat ad relationem inter praelaturam personalem (et, generaliter, quamlibet structuram personalem) atque Ecclesiam particularem. Autem, *“Schema Codicis”* 1980 praelaturas personales in capitulo de Ecclesia particulari collocavit<sup>41</sup>, reipsa aequiparationem efficiens, iuxta eadem in utraque circumscriptione ecclesiastica elementa essentialia – Pastorem, presbyterium, coetum fidelium –<sup>42</sup>, etiamsi vario modo patrata. Hoc systema a Congregatione Cardinalium Plenaria, die 24 octobris 1981, recusatum est, quia haec praelaturam personalem Ecclesiae particulari assimilari posse non putavit<sup>43</sup>.

Exinde, in textu Codicis definitivo, dispositiones de praelaturis

---

ordini publico consulentes; sacerdotes praeterea generalem cleri disciplinam servare debent; b) praelatura sacerdotes facultates ministeriales petere debent, a competente auctoritate territoriali concedendas, ut suum ministerium erga personas ad “Opus Dei” non pertinentes exercere possint; c) laici praelature “Opus Dei” incorporati fideles esse pergunt earum dioecesum in quibus domicilium vel quasi-domicilium habent, et subsunt igitur iurisdictioni Episcopi dioecesani in iis omnibus quae iure statuuntur quoad communes fideles» (art. IV). Praeterea, sancitur: «a) ad unumquodque praelatura Centrum erendum, praevia semper requiritur venia sui cuiusque Episcopi dioecesani, cuius est praeterea ad normam iuris visitare huiusmodi Centra, de quorum actuositate regulariter certior fit; b) relate ad paroecias vel tempula, sive rectoralia sive non, aliaque officia ecclesiastica quae ipsi praelature vel sacerdotibus eidem incardinatis a loci Ordinario concredata sint, fiet singulis in casibus conventio inter loci Ordinarium et Praelatum “Opus Dei” eiusve Vicarios; c) omnibus in nationibus praelatura debitas relationes servabit cum Praeside et organismis Conferentiae episcopalis, necnon frequenter cum Episcopis earum dioecesum in quibus ipsa operatur» (art. V) (Congregatio pro Episcopis, *Declaratio praelature personales*, diei 23 augusti 1982, in: *AAS*, 75 [1983], p. 464-468).

40. G. LO CASTRO, voce: *Prelatura personale*, in: *Digesto disc. Pubbl.*, a cura di L. PALADIN, XI, Torino, 1996, p. 406.
41. Cf. PONTIFICIA COMMISSIONE CODICI IURIS CANONICI RECOGNOCENDO, *Schema Codicis Iuris Canonici*, cann. 335 § 2, 337, 339 § 2, Civitas Vaticana, 1980.
42. Cf. J. I. ARRIETA, *Chiesa particolare e circoscrizioni ecclesiastiche*, in: *Ius Ecclesiae*, 6 (1994), p. 6.
43. Cf. Pontificio Consilium de legum textibus interpretandis, *Acta et documenta Pontificiae Commissionis Codici Iuris Canonici recognoscendo*. Congregatio plenaria, diebus 20-29 octobris 1981 habita, Civitas Vaticana, 1991.

personalibus (can. 294-297) complexui canonum relativorum Ecclesiae particulari subtractae sunt (idcirco parti Codicis in qua de constitutione hierarchica Ecclesiae agitur), cum diversam collocationem inventirent<sup>44</sup>.

Doctrina hanc legislatoris canonici electionem examinavit, observans collocationis diversitatem argumentatione explicari qua in Codice pars pertinens ad ordinamentum Ecclesiae hieramicum propriè attinet ad structuras territoriales<sup>45</sup>; quod vero minime dubium apparet, si notatur disciplina a Codice in capitulo Ecclesiae particularis proprio praewisa<sup>46</sup>, ubi legislator, quamquam admiserat, sicut principium generale, quod Ecclesiae particularis constitui possint criteriis dissimilibus ab illo territoriali (“*ritu fidelium aliave simili ratione distinctae*”)<sup>47</sup>, postremo videlicet Ecclesias particulares tantummodo charactere territoriali praevidit ac disciplinavit.

Non solum: ille ex parte II libri II omnes circumscriptiones personales insuper exclusit; sic vicariatibus castrensis lex particularis exspectanda fuerit (etiamsi ii praevererentur iam in “*Schemate Codicis*” 1980), ad eos disciplinandos (talis lex particularis postea Constitutione apostolica “*Spirituali militum curae*”, diei 21 aprilis 1986<sup>48</sup>, emanata est, ut melius mox observabitur), cum titulus de praelaturis personalibus amotus sit in partem I, libri II: electio minime aequa, sub aspectu systematico<sup>49</sup>.

Tamen, ut in doctrina observatur, quaestio de relatione inter Ecclesiam particularem et structuras personales apte non ponitur, quia “*Ecclesiae particularis*” conceptum indolis theologicae est, minime iuridicae, quare notiones ut “*vicarius*” vel “*praelatura*” naturae iuridicae, cum Ecclesiae particularis notione non concordant, quoniam eiusdem generis concepta non sunt<sup>50</sup>.

Ceterum, in Concilio Vaticano II Ecclesiae particularis notio stricte connexa est cum dioecesis notione, et ipse can. 368 Codicis Ecclesias particulares esse imprimis dioeceses sancit. Propterea, prael-

44. Praincipio de Codicis Iuris Canonici revisionis itinere amplius videatur F. RAMOS, *Le diocesi e i raggruppamenti di Chiese particolari*, Roma, 2001, p. 39-70.
45. Cf. J. I. ARRIETHA, *Le circoscrizioni personali*, in: *Fidelium Iura*, 4 (1994), p. 222-227; IDEM, *Iglesias particulares*, p. 677; G. LO CASTRO, *Le prelature personali. Profili giuridici*, p. 284-287.
46. Cf. *CIC*, cann. 368-374.
47. Cf. *ibidem*, can. 372.
48. *AAS*, 78 (1986), p. 481-486.
49. Talis conceptus exprimitur a G. LO CASTRO, *Le prelature personali nell'esperienza giuridica e nel dibattito dottrinale dell'ultimo decennio*, in: *Il Diritto Ecclesiastico*, 1 (1999), p. 117-118.
50. Vide, ut exemplum, J. HERVADA, *Diritto costituzionale canonico*, p. 299.

missum, ut dicitur<sup>51</sup>, quod Ecclesiae particularis relationis quaestio cum structuris personalibus solummodo in aequiparationis sensu, numquam identificationis, poni potest, “circumscriptionis ecclesiasticae” notione technica uti oportet ut structurae ecclesiasticae communitariae designentur<sup>52</sup>, libere a quaestionibus substantialibus attingentibus ad earum relativam qualificationem theologicam.

Deinde, in hodierno Ecclesiae contextu theologico ac iuridico, circumscriptionis ecclesiasticae institutum omnem indolis territorialis connotationem, frequentem, ut exemplum, in doctrina canonica ante Concilium Vaticanum II<sup>53</sup>, superare potest congruenter cum principiis a Concilio Vaticano II expositis, atque in media conceptus parte tantum determinationis notionem collocat, modo rei naturae congruo ac certo, fidelium christianorum coetus subjecti competenti hierarchiae ecclesiasticae, efficiens contra elementum territoriale sicut instrumentum tantum utile ad definiendos omnis communitatis limites<sup>54</sup>.

Relate ad disciplinae materiae fontes, adhuc necesse est mentionem facere de Constitutione apostolica “*Pastor Bonus*”, diei 28 iunii 1988<sup>55</sup>, quae, in art. 80, dispositionem iam Constitutionis apostolicae “*Regimini Ecclesiae Universae*” renovat, secundum cuius normas praelatura personales a Congregatione pro Episcopis pendent<sup>56</sup>, confirmatis hoc modo antea expositis conclusionibus.

Attamen, ut admonetur, manifestum appareat hoc solummodo valere pro illis praelaturis quae ambitus universalis sint vel ad nationes a praedicta Congregatione pendentes pertinent. Huius generis instituti fortuita erectio, ut exemplum, pro circumscriptionum ambitu intra territoria pendentia a Congregatione de Propaganda Fide, aut etiam a Congregatione pro Ecclesiis Orientalibus, praelatura personales sujetas reddit competentibus Dicasterii.

51. Cf. *notulam* 15.

52. Cf. J. HERVADA, *Diritto costituzionale canonico*, p. 293 ss.; G. FELICIANI, voce: *Circoscrizioni ecclesiastiche*, in: *Encyclopedie giuridica*, VI, Roma, 1988; E. TEJERO, *Circunscripciones eclesiásticas*, in *Gran Encyclopedie RIALP*, V, Madrid, 1984, p. 663-664.

53. Cf. M. CONTE A. CORONATA, *Institutiones Iuris Canonici*, 1950, p. 356 ss.; M. PETRONCELLI, *Diritto canonico*, Roma, 1963, p. 181 ss.; F. M. CAPPELLO, *Summa Iuris Canonici*, I, Romae, 1961, p. 343 ss.; F. WERNZ-P. VIDAL, *Ius canonicum*, II, Romae, 1943, p. 457-458.

54. Circa quaestionem cf. J. HERVADA, *Significado actual del principio de la territorialidad*, in: *Fidelium Iura*, 2 (1992), p. 229 ss.

55. AAS, 80 (1988), p. 841-912.

56. Relate peculiariter ad Operis Dei praelaturam, cf. IOANNES PAULUS PP. II, Const. ap. *Ut sit*, diei 28 novembris 1982, V, in: AAS, 75 (1983), p. 423-425.

Autem Constitutione apostolica “*Ut sit*”, diei 28 novembris 1982, Ioannes Paulus PP. II primam in Ecclesia (vero unicum usque ad hoc tempus), praelaturam personalem Sanctae Crucis et Operis Dei erexit, cuius disciplina a “*Declaratione praelature personalis*” Congregationis pro Episcopis, diei 23 augusti 1982, publicata in “*Actorum Apostolicae Sedis*” eodem numero, completetur; nihilominus ab entis statutis, appellatis “*Codex iuris particularis Operis Dei*”, atque praedicta Constitutione apostolica “*Ut sit*”, II, sanctis<sup>57</sup>.

## 2. ELEMENTA ESSENTIALIA COMMUNIA

Considerare oportet quattuor, hodie, in ordinamento canonico esse circumscriptionis ecclesiasticae non territorialis species: dioeceses personales praevistas a can. 372 § 2; praelaturas personales, ad normam can. 294-297; et duas alias figurae a Codice non disciplinatas: ordinariatus militares atque ordinariatus latinos pro fidelibus ritus orientalis, institutum, hoc ultimum, non iuris communis sicut tria praecedentia, sed a praxi nuper ortum.

Agitur de “*coetibus fidelium*” utcumque vel, secundum aliquos, de “*portionibus populi Dei*”, omnibus criterio personali circumscriptis, nec ratione fidelis christiani domicilii seu quasi-domicilii<sup>58</sup>. Enimvero, ut recte adfirmatur, aliquo sensu habetur quod omnes circumscriptiones ecclesiasticae putari personales debent, quia essentialiter personarum communitates sunt, quarum domicilium prodest ut solummodo limites statuantur, atque nexus peculiaris determinetur, qui est autonomus et deinde ab ipsis limitibus territoriis discedit, sicut a can. 136 desumi potest<sup>59</sup>.

Praeter ritum ac artem, usque ad hunc diem, ut criterium determinationis, adhibetur formale fidelium cooperationis vinculum ad perficienda specialia opera Ecclesiae pastoralia (praedictae Operis Dei praelature hypothesis est)<sup>60</sup>.

Secunda nota omnibus circumscriptionibus personalibus communis ad praescriptionem legislativam attinet circa opinionem

57. Cf. *Codex Iuris Particularis seu Statuta Praelature Sanctae Crucis et Operis Dei*, Romae, 1982.

58. Cf. J. HERVADA, *Ventidos puntos sobre las porciones del Pueblo de Dios*, in: J. HERVADA et al., *Iglesia universal y Iglesias particulares*, Pamplona, 1989, p. 239 ss.

59. J. HERVADA, *Significado actual del principio de la territorialidad*, p. 230.

60. Cf. Const. ap. *Ut sit*, III.

Conferentiarum episcopalium relativarum, praecedentem actui erectionis ex parte Sanctae Sedis. Requisitum aperte requiritur pro dioecesis personalibus<sup>61</sup>, pro praelaturis personalibus<sup>62</sup> atque novis ordinariatibus militaribus<sup>63</sup>.

Quamvis norma expressa non habeatur pro ordinariatibus rituibus, quia de institutis a praxi ortis agitur, fieri posse non videtur ut sine praevia Conferentiarum episcopalium auditione quarum interest instituantur.

Circumscriptionibus personalibus opus sunt normae speciales quae notas peculiares cuiusque concretae structurae determinent. Pro praelaturis personalibus ac ordinariatibus militaribus est ipsa lex quae aperte eas exigit<sup>64</sup>. Etiamvero, similis praxis pro ordinariatibus rituibus adhibetur, et statuta propria dioeceses personales necessarie sibi comparare debeant, si forte erigentur<sup>65</sup>.

Quod spectat ad elementa personalia quae relativam communitatem ecclesiasticam complent, circumscriptiones personales duplii fidelium pertinentia ad structuram personalem ac illam domicilii territorialem denotantur (dioecesem vel instituta aequiparata). Itaque, fieri non potest ut "coetus fidelium", in quo effectum habent seu Pastoris personalis, seu Pastoris territorialis iurisdictio, curari possit, non instaurata inter illos aliqua coordinationis specie in eorum munerum exercitio.

Quapropter, ius speciale cuiusque circumscriptionis, peculiariter approbatum a Romano Pontifice<sup>66</sup>, concrete statuere debet qualia fu-

61. Cf. CIC, can. 372 § 2.

62. Cf. CIC, can. 294; PAULUS PP. VI, M. p. *Ecclesiae Sanctae*, diei 6 augusti 1966, I, 4, in: AAS, 58 (1966), p. 757-787.

63. Cf. IOANNES PAULUS PP. II, Const. ap. *Spirituali militum curae*, diei 21 aprilis 1986, I, 2, in: AAS, 78 (1986), p. 481-486.

64. Cf. CIC, can. 295 § 1; Const. ap. *Spirituali militum curae*, I, 1.

65. Sicut J. I. ARRIETA osservat (*Le circoscrizioni personali*, p. 215 nota 23), etiamvero praelatura pontiniacensis (Pontigny) legislatione speciali utebatur. Pro quibusdam de praelaturea pontiniacensis historia notionibus vide J. MANZANARES, *De praelatura personalis origine, natura et relatione cum iurisdictione ordinaria*, in: *Periodica*, 69 (1980), p. 408 ss.

66. J. I. ARRIETA mentionem facit quod (*Le circoscrizioni personali*, p. 219-220) statuit praelaturea personalis propria quandam auto-organizationem internam etiam determinant: «Come per qualsiasi circoscrizione ecclesiastica, anche le strutture personali, nei margini loro consentiti dal diritto universale e speciale, gestiscono uno spazio di auto-organizzazione interna (quod confirmatur in statutis: cf. pro ordinariatibus militaribus Const. ap. *Spirituali militum curae*, XIII; pro Operis Dei praelatura, cf. Const. ap. *Ut sit*, II). Le norme speciali, infatti, prevedono, in conformità agli obiettivi da perseguire, l'organizzazione degli istituti di governo, di partecipazione e di assistenza pastorale propri di ciascuna di esse, così come il regime di governo da osservare nelle situazioni di sede impedita o vacante [...]. È riscontrabile un margine discrezionale di valutazione

tura sint coordinationis pastoralis criteria cum auctoritatibus localibus<sup>67</sup>. Hae peculiaritates circumscriptionum personalium propriae in specialibus rationibus pastoralibus fundamentum habent, quae earum institutionem confirmant atque, sicut consequentiam, antea iam relata, habent necessitatem, omnibus figuris communem, habendi specialem disciplinam iuridicam, sancitam a propriis statutis a Sancta Sede approbatis, quae elementa structuralia determinet apta in specificis circumstantiis.

Idcirco, a conspicua flexibilitate denotantur<sup>68</sup>, ab hac disciplina iuridica concessa, quae ducere solummodo potest ad ampliam varietatem inter diversas cuiusque classis applicationes concretas harum circumscriptionum, relate ad specimen abstractum a legislatore delineatum<sup>69</sup>. Quare pastoralis causa unica "ratio" est, quae circumscriptionum ecclesiasticarum personalium diversi generis fundamentum constituit<sup>70</sup>.

Praeterea de hoc observatur quod concreta institutionis ecclesiasticae mutabilitas non est «il risultato aprioristico di una elaborazione intellettuale astratta, bensì la conseguenza di un modo di costruire che poggia sulla concreta problematica pastorale e sulle possibilità organizzative e assistenziali di cui dispone la Chiesa»<sup>71</sup>. Aliis verbis, accidit ut experientia Ecclesiae regiminis in saecula ad resolvendas praecipuas quaestiones pastorales sit, quae institutorum iuridicorum praedictorum notas formavit, postea systematice acceptas in ordinamento canonico<sup>72</sup> atque a doctrina elaboratas, non, contra, ut specimina abstracta a legislatore doctrinaque elaborata in concreta praxi regiminis applicentur.

Notandum est autem quod, cum criterio personali circumscri-

sulla possibilità di erigere tale tipo di enti – si pensi alla costituzione di un tribunale proprio dell'ordinariato militare (cf. Const. ap. *Spirituali militum curae*, XIV) – ed una ampia facoltà nell'uso delle varie tecniche organizzative canoniche – vicarietà, delegazione, mandato, erezione di uffici, ecc. – cosicché i modelli strutturali risultanti saranno in alcun modo differenti tra di loro, e relativamente elastici per adeguarsi alle incompatibilità della rispettiva circoscrizione».

67. Vide, circa praelaturas personales, CIC, can. 297; de ordinariatibus militaribus, Const. ap. *Spirituali militum curae*, IV, V.

68. Cf. A. DEL PORTILLO, *Dinamicità e funzionalità delle strutture pastorali*, p. 161-177.

69. Circa quaestionem pro praelaturis personalibus vide J. I. ARRIETA, *Le praelature personali e le loro relazioni con le strutture territoriali*, p. 41-43.

70. Cf. G. DALLA TORRE, *Le strutture personali e le finalità pastorali*, p. 569.

71. J. I. ARRIETA, *Chiesa particolare e circoscrizioni ecclesiastiche*, p. 36.

72. De sistematica, in doctrina cf. J. M. GONZÁLEZ DEL VALLE, *La sistemática del nuevo Código de derecho canónico*, in: *Ius Canonicum*, 25 (1985), p. 13 ss.; E. MOLANO, *Las opciones sistemáticas del CIC y el lugar de las estructuras jerárquicas de la Iglesia*, in: *Ius Canonicum*, 33 (1993), p. 465 ss.

bantur, omnes structurae examinatae, in quantum circumscriptiones ecclesiasticae, quandam dimensionem territoriale magni momenti habent<sup>73</sup>: ut exemplum, quod applicationis ambitus relativi Pastoris iurisdictionis regionalis, nationalis vel universalis esse potest; convenienter circumscripicio generis regionalis, nationalis vel universalis habebitur.

Etiamvero, systemata inspectionis hierarchica valida pro aliis circumscriptionibus applicari debent pro circumscriptionibus personalibus. Refertur de Sacrorum Liminum visitationis obligatione atque relationis quinquennialis exhibitionis<sup>74</sup>. Congregatio romana relativa pendet, contra, ab ambitu, territorio ac personis, quibus circumscripicio se convertit.

Si autem ordinariatus rituales a Congregatione pro Ecclesiis Orientalibus pendunt, ordinariatus militares, secundum casus, Congregationi pro Episcopis seu Congregationi pro gentium evangelizazione subiacent; autem, de praelaturis personalibus, ad praedicta in interpretando art. 80 Constitutionis apostolicae *"Pastor Bonus"*, procastinatur. Circumscriptiones personales omnes etiam capacitate se interne instituendi gaudent; quod deducitur, exempli gratia, a possibiliate earum constituendi, si circumstantiae id ferant, tribunal proprium<sup>75</sup>.

Postremo, earum structura iuridica fundamentalis communis, ab elementis communitariis constituta – Pastore, populo, presbyterio – qui necessarie elementa subiectiva additicia sunt cuiuslibet generis communitatis modo hierachico exstructae<sup>76</sup>, qualificare sinit eas sicut structuras iurisdictionales iuridice aequiparatas Ecclesiis particularibus<sup>77</sup>.

73. Videatur de ordinariatis militaribus, Const. ap. *Spirituali militum curae*, V, VI, XIII; de praelaturis personalibus, cf. Const. ap. *Ut sit*, VII.

74. Cf. de ordinariatis militaribus Const. ap. *Spirituali militum curae*, XII; de praelaturis personalibus cf. Const. ap. *Ut sit*, VI.

75. Cf. circa Operis Dei praelaturam Const. ap. *Ecclesia in Urbe*, diei 1 ianuarii 1998, art. 40 § 1, in: *AAS*, 90 (1998), p. 177-193. Etiamvero, vide Tribunalis erectionis primae et secundae instantiae decreta in: *Romana*, Bollettino della prelatura della Santa Croce e Opus Dei, 12 (1996), p. 22-23; 26-28.

76. Cf. J. I. ARRIETA, *Considerazioni sulla giurisdizione ecclesiastica determinata per via di convenzione ex can. 296 CIC*, in: *Ius Canonicum*, volumen especial, (1999), p. 182.

77. Talis aequiparatio pro ordinariatis militaribus a Constitutione apostolica *Spirituali militum curae* expresse sancitur, quea, in art. I, ad litteram loquitur de *"ad similatione"*; quod attinet ad praelaturas personales et alias circumscriptiones personales, nititur, inter alia, eo quod omnes circumscriptiones personales praeter ordinariatus latinos pro ritus orientalis fidelibus, eriguntur, ut queavis circumscriptionis personalis, Constitutione apostolica quae Praelati sedem ac eius iurisdictionem statuit; Ecclesiam praelaticiam erigit; circumscriptionis presbyterium atque id quod ad eorum institutionem in semi-

Oportet nunc singularum circumscriptionum personalium in hodierno contextu iuridico-canonic analysis efficere conclusivam.

## 2.1 Dioeceses personales

Codex Iuris Canonici possibilitatem erigendi praevidet, ut dicitur, instituta, ad normam can. 368, criterio personali, ritus, etc.<sup>78</sup>. Tamen, talis possilitas tantummodo pertinens ad dioeceses appareat, seu quod discrepans creare videtur praelaturas territoriales vel abbacias territoriales non elemento territoriali exstructas, seu quod statuere, exceptionis artificiis, simplicia altera institutorum exempla iam iuridice ex iure communi qualificatorum in ordinamento canonico rectum non appetit – specifice intelligatur de diversis conformatiobibus quas disciplina statutaria praelaturis personalibus concedit –, quae eosdem fines pastorales persequi prosunt.

Fortuita circumscriptionum dioecesanarum personalium erectio – usque ad hoc tempus numquam experientia similis fuit<sup>79</sup> – attamen portionis populi Dei determinationem concreditae, ut Pastori proprio, Episcopo dioecesano, sinat, cum sede propria et Ecclesia cathedrali. Quare hic erga suos fideles iurisdictionem aequalem habeat, ac illam Pastorum territorialium, et dioecesis personalis *"ipso iure"* possilitatem incardinandi sacerdotes habeat, provenientes a proprio seminario vel aliis structuris incardinacionis.

## 2.2 Ordinariatus militares

Ordinariatus militares, olim vicariatus castrenses, circumscriptiones ecclesiasticae personales sunt, in quibus coetus fidelium cura animarum, pro iurisdictione militari nationis, Ordinario militari concreditur<sup>80</sup>. Institutum creatum est, sicut examinatur, Constitu-

natio pertinet, definit; portionis populi Dei fideles laicos determinat et, si forte, eorum incorporationis structure modum, etc. Constitutio apostolica etiamvero statuta praelature propria sancit, definiens normas peculiares quae circumscriptionem regunt ac statuens aptas coordinationis formas cum hierarchia territoriali.

78. Cf. CIC, can. 372 § 2.

79. Attamen iuxta Conventionem inter Sanctam Sedem ac Statum hispanicum, diei 3 ianuarii 1979 *AAS*, 72 [1980], p. 47-55), ordinariatus militaris «dioecesis personalis est, non territorialis».

80. Cf. E. BAURA, *Legislazione sugli ordinariati castrensi*, Milano, 1992; A. VIANA, *Territorialidad y personalidad en la organización eclesiástica. El caso de los ordinarios militares*, Pamplona, 1992; J. I. ARRIETA, *El Ordinariato castrense. (Notas en torno a la Cost. ap. "Spirituali militum curae")*, in: *Ius Canonicum*, 26 (1986), p. 731 ss.

tione apostolica “*Spirituali militum curae*” quae praecedentem disciplinam emendavit, praewisam ab Instructione “*Sollemne semper*” anni 1951<sup>81</sup>.

Vero, iam “*Schematis Codicis*” 1980 can. 337 § 2 hoc circumscriptionis genus disciplinabat<sup>82</sup>, simili modo ac in Codice praelatura personales exprimuntur: eadem requisita ad eas erigendas, eadem statutorum pars, eadem capitalitatis conformatio, idem cleri munus ac genus, etc.

Essentialiter peculiare praelaturarum personalium genus esse dici potest, attinentium autem ad curam pastoralem militarem; enim vero tale erat instituti nomen – praelatura militares – in primo Constitutionis apostolicae exemplari<sup>83</sup>. Haec figura iuridica in Codicis 1983 textu definitivo recusabatur, qui, cum cappellanorum castrorum institutum disciplinet – in can. 569 – relativam disciplinam legibus specialibus procastinabat<sup>84</sup>.

Annuarium Pontificium anni 2002 de triginta ordinariatibus militaribus mentionem facit<sup>85</sup>.

Constitutionis apostolicae “*Spirituali militum curae*” dispositio-nes generales, statutis pro omni ordinariatu a Sancta Sede conditis, pro quaque natione variantur, ac convenient cum conventionibus initis inter Ecclesiam et Statum, cum specificis circumstantiis quae curam pastoralem exigunt atque cum omnis regionis institutione militari<sup>86</sup>. Constitutio apostolica igitur ut lex margo ponitur, erga statuta particularia in praecipuo casu condita<sup>87</sup>.

Ordinarii militaris iurisdictio propria est – non magis vicaria – sicut, contra, pro praecedenti vicariatum castrorum figura confor-mabatur – etiamsi cumulativa cum illa Ordinarii loci. Hic iurisdi-ctionem propriam erga ordinariatus fideles, hoc modo, servat, ac locis

81. Cf. *Sacra Congregatio Concistorialis*, Instr. *Sollemne semper*, diei 23 aprilis 1951, in: *AAS*, 43 (1951), p. 562-565.

82. «Praelatura personalis, etiam ad peculiaria opera pastoralia vel missionalia perficienda, habetur cum portio populi Dei, Praelati curae commissa, indolem habeat personalem, complectens nempe solos fideles speciali quadam ratione devictos; huiusmodi sunt praelatura castrenses, quae vicariatus castrenses quoque appellantur» (Pontificia Commissio Codici Iuris Canonici Recognoscendo, *Schema Codicis Iuris canonici*, p. 80).

83. Cf. J. L. GUTIÉRREZ, *De ordinariatus militaris nova constitutione*, in: *Periodica*, 76, (1987), p. 189-218.

84. Cf. G. LO CASTRO, *Le prelature personali nell'esperienza giuridica e nel dibattito dot-trinale dell'ultimo decennio*, p. 118.

85. Cf. SEDES APOSTOLICA, *Annuarium Pontificium*, 2002, Civitas Vaticana, p. 769.

86. Vide E. BAURA, *Legislazione sugli ordinariati castrensi*, p. 9-10.

87. Cf. G. DALLA TORRE, *Le strutture personali e le finalità pastorali*, p. 572-573.

et in officinis militaribus, quamvis concrete eam solum subsidiarie exercere debeat<sup>88</sup>.

In determinando ordinariatus “*coetu fidelium*”, praeterea, Constitutio apostolica “*Spirituali militum curae*” aptissima fuit, recte preferens criteria pastoralia aliis naturae iurisdictionis rationibus<sup>89</sup>. Itaque, cum criterio stricte militari in eo includendi tantum eos qui a structura castrensi pendunt, criteria connexa applicantur, aliis generis – imprimis criterium familiare, sed etiam professionale ac contractuale lato sensu –, cum hoc modo seu praepositi nosocomio castrensi, seu officinae militaris praepositi civiles comprehendantur<sup>90</sup>.

Ordinarii militaris nominatio exceptio dispositioni a can. 377 § 5 praewisae est, quia saepius praesentatione canonica evenit ex auctoritatibus statalium parte. Art. II, 1 constitutionis apostolicae statuit Ordinarium ordinem episcopalem habiturum esse, non hoc constituens Ordinarii officii elementum esse<sup>91</sup>. Etiamsi Episcopus non sit, Ordinarius utcumque “*in iure*” aequiparatus est Episcopis dioce-sanis, et pertinet ad Conferentiam episcopalem nationalem<sup>92</sup>.

Ultima Constitutionis apostolicae “*Spirituali militum curae*” no-vitas possibilitas est, quae iure communi hodie est ordinariatibus, proprium clerum saecularem incardinandi<sup>93</sup>. Ut tali fini faveatur, Constitutio apostolica Ordinario militari, Sanctae Sedis approbatione, seminarium erigere et alumnos ad sacros ordines promovere, permit-tit<sup>94</sup>.

### 2.3 Praelatura personales

Iam de his satis actum est, quare folia praecedentia videantur. Opus est nunc solum adiungere quod huius disciplinae iuridicae normae margines cann. 294-297 Codicis sunt, sine legis peculiaris vel specialis interpositione ut, contra, in ordinariatum militarium casu accidit<sup>95</sup>.

Enimvero, est ipse Codex qui, pro singulorum disciplina, statutis procastinat (can. 295 § 1), quae exinde definiri possunt – in fontium

88. Cf. Const. ap. *Spirituali militum curae*, IV, V.

89. Cf. E. BAURA, *Legislazione sugli ordinariati castrensi*, p. 48 ss.; A. VIANA, *Territorialidad y personalidad en la organización eclesiástica*, p. 192 ss.

90. Cf. CONST. AP. *Spirituali militum curae*, X.

91. Cf. *ibidem*, II.

92. Cf. *ibidem*, III.

93. Cf. *ibidem*, VI.

94. Cf. *ibidem*.

95. Cf. G. DALLA TORRE, *Le strutture personali e le finalità pastorali*, p. 575-576.

systemate – sicut fontes subiectae Codicis Iuris Canonici normis de praelaturis personalibus atque fortuitis legibus canonicas extra-codicialibus, iuris specialis fontibus<sup>96</sup>.

Inter has magni momenti est Constitutio apostolica "Ut sit", quae definiri posse videatur sicut disciplinae codicialis actus legislativus completivus. Igitur in prelature personalis Operis Dei casu, sicut, contra, in Constitutione apostolica "Spirituali militum curae", expressa in iure prelature assimilatio dioecesi non fit.

Tamen, iuxta Constitutionem apostolicam "Ut sit" ac praelatura statuta, elementa constitutiva inesse videntur, quae adsimilationem "in iure" ex can. 368 comprobant (atque legislatorem induxerunt ut ordinariatus militares dioecesis formaliter assimilaret), id est: populi Dei portio (secundum aliquos), presbyterium ac Ordinarius proprius ut pastor, quia Praelatus, quamvis non cogatur ut ordinem episcopalem habeat (attamen suum officium indolis episcopalis est, id est, communitatis regiminis) in Operis Dei casu Episcopus<sup>97</sup>, cui potestas personalis est, ordinaria et propria erga fideles in praelatura incorporatos, etiamsi iurisdictionem exclusivam non exerceat, nec vero cumulativam vel subsidiariam, sicut generaliter in qualibet circumscriptione personali<sup>98</sup>, sed mixtam: potestas vero iurisdictionalis in Ecclesia exclusiva putari non debet, quia potestas "munus" atque collegialitatis principio exstructa est<sup>99</sup>.

#### 2.4 Ordinariatus latini pro fidelibus ritus orientalis

Inter iuris latini circumscriptiones ecclesiasticas, praxi in saeculo XX° structurae personalis quartum genus confirmatur, ad providendum necessitatibus pastoralibus ritus orientalis fidelium carentium proprii ritus hierarchia, in natione in qua commorationem habent. Agitur de exarchatum apostolicorum evolutione, exstructorum, anno 1912, exarchati ruteni canadensis institutione in forma iuridica vigenti<sup>100</sup>.

96. De ardua fontium iuridicarum quaestione, cf. G. LO CASTRO, *Le prelature personali. Profili giuridici*, p. 71 ss.

97. De hoc vide F. OCÁRIZ, *La consacrazione del Prelato dell'Opus Dei*, in: *Studi Cattolici*, 35 (1991), p. 22 ss.; V. GÓMEZ-IGLESIAS, *L'ordinazione episcopale del Prelato dell'Opus Dei*, in: *Ius Ecclesiae*, 3 (1991), p. 251 ss.

98. Cf., inter alios, P. RODRÍGUEZ, *Chiese particolari e prelature personali*, p. 82, 88.

99. Cf. J. I. ARRIETA, *Primado, episcopado y comunión eclesial*, in: *Ius Canonicum*, 75 (1998), p. 59-85.

100. Cf. S. PIUS PP. X, *Litt. ap. Officium supremi Apostolatus*, diei 15 iulii 1912, in: *AAS*, 4 (1912), p. 555-556.

His circumscriptionibus personalibus vagum nomen est ordinariatum apostolicorum. Praxi iuridica sic stante, ordinariatum apostolicorum genus a Sancta Sede erigitur, Congregationis pro Ecclesiis orientalibus decreto, neque Constitutione apostolica.

Hoc datur ex eo quod, praesertim, cum experientiam considerare iuridicam debeamus usque ad hoc tempus, ordinariatus apostolici in hodierno apparatu ecclesiastico erecti, in structuris praecedentibus nituntur, atque eorum erectio specificum et liberum officium episcopale non postulat, cum sede et Ecclesia propria, sicut, contra, in praelatarum personalium ac ordinariatum militarium casu est, et, si forte instituantur, etiam in dioecesum personalium casu; substantialis diversitas ab aliis circumscriptionibus personalibus oritur ex hoc. Tales structurae ergo in ambitu nationali constituuntur, eodem tempore incidens Ordinarii apostolici status cum nationis capititis Episcopo dioecesano.

Annuarium Pontificium anni 2002 septem huius generis ordinariatus indicat: nationes "Dacoromaniam", "Austriam", "Brasilianam"<sup>101</sup>, "Galliam"<sup>102</sup>, "Argentinam", "Poloniam"<sup>103</sup> atque "Armenorum" ordinariatum Europae orientalis<sup>104</sup>.

Erectionis decretum – elementa structuralia peculiaria continens – Ordinarii potestatis naturam determinat, sicut coordinationem praecipuam ac dependentiae speciem erga Ordinarium localem, seu hierarchiam catholicam orientalem. In suarum facultatum exercitio Ordinarius titularis attributionum Episcopi dioecesani specificarum est, et nonnulla decreta plerumque statuunt eius munus constituendi Ecclesias, paroecias orientales, nominandi sacerdotes qui ad eas incumbere debeant, atque prospiciendi seminarii alumnorum institutionem spiritualem ac intellectualem, etc.

#### 2.5 Administrationes apostolicae personales

Observetur postremo quod est recentissima novitas in contextu organizativo ecclesiastico circa Ecclesias particulares seu structuras

101. Cf. CONGREGATIO PRO ECCLESIS ORIENTALIBUS, *Decretum*, diei 14 novembris 1951, in: *AAS*, 44 (1952), p. 382-383.

102. Cf. CONGREGATIO PRO ECCLESIS ORIENTALIBUS, *Decretum*, diei 27 iulii 1954, in: *AAS*, 47 (1955), p. 612-613.

103. Cf. CONGREGATIO PRO ECCLESIS ORIENTALIBUS, *Decretum*, diei 19 februarii 1959, in: *AAS*, 54 (1962), p. 49-50.

104. Cf. SEDES APOSTOLICA, *Annuarium Pontificium*, 2002, p. 1043.

adsimilatas quae huic themati favet, id est, primae administrationis apostolicae personalis "Sancti Ioannis Mariae Vianney" erectio, in dioecesi camposina, in natione brasiliensi<sup>105</sup>. Hoc in casu, agitur de circumscriptione ecclesiastica determinata "ex auctoritate" a Romano Pontifice criterio personali ritus (quod structurae fideles ritui tridentino pertinent)<sup>106</sup>.

Vero administratio apostolica, generaliter, figura in can. 371 § 2 praewisa, peculiaris circumscrip<sup>t</sup>io territorialis est ad tempus erecta ab Apostolica Sede atque Administratoris apostolici curae pastorali concredita, qui in nomine Summi Pontificis eam regit<sup>107</sup>.

Praxis iuridica confirmat quod Administratoris apostolici condicio personalis variabilis est, secundum casus: Administrator Episcopus titularis, ipse Nuntius apostolicus esse potest (sicut accidit pro administrationibus apostolicis nationum "Estonia" atque "Caucaso")<sup>108</sup> aut parochus loci (est, exempli gratia, administrationis apostolicae nationis "Moldavia")<sup>109</sup>. Hoc circumscriptionis genus adhibetur cum peculiaria adiuncta ordinariae circumscriptionis ecclesiasticae erectionem impediunt, cum sit, vero, sollicitudo ordinem conferendi aliquo modo curae spirituali fidelium loci.

In recentiore praxi, duae rationes praecipuae fuerunt quae ad harum circumscriptionum erectionem duxerunt: rationes indolis politicae, quae consuetum Ecclesiae hierarchiae incrementum structurale in loco definito impediebant; ac necessitas non acuendi, hierarchiae catholicae structurarum ordinariarum institutione, praecedentes naturae religiosae conflictus. "Sancti Ioannis Mariae Vianney" Administratoris apostolici potestas erga circumscriptionis fideles, autem, personalis et cumulativa "aequo iure" est cum dioecesis camposinae Episcopi potestate<sup>110</sup>, ac curae animarum ordinariae se refert.

Quapropter, in casu concreto, agi de Ecclesia particulari seu de structura adsimilata non videtur (sicut, contra, generaliter accidit in administrationis apostolicae territorialis hypothesi), sed solummodo

105. De administrationis apostolicae figura, generaliter, cf. E. MANGIN, voce: *Administrateurs apostoliques*, in: *Dictionnaire de droit canonique*, I, Paris, 1986, p. 181-192.

106. Cf. IOANNES PAULUS PP. II, Ep. *Ecclesiae unitas*, diei 25 decembris 2001, in: *AAS*, 94 (2002), p. 267. Cf., Praeterea, CONGREGATIO PRO EPISCOPIS, *Decretum*, diei 18 Ianuarii 2002, in: *AAS*, 94 (2002), p. 305.

107. G. OLIVERO, voce: *Amministratore apostolico*, in: *Encyclopedie del Diritto*, I, p. 128-130.

108. Cf. *Annuario Pontificio*, 1994, p. 1066.

109. Cf. *L'Osservatore Romano*, 29 ottobre 1993, p. 1.

110. Cf. CONGREGATIO PRO EPISCOPIS, *Decretum*, diei 18 Ianuarii 2002, V.

de circumscriptione iuridice aequiparata, pendente a Congregatione pro Episcopis<sup>111</sup>, ut evenit pro omnibus structuris hierarchicis.

Hoc confirmatur etiam a peculiaritate simul non erigendi, in casu, Ecclesiam cathedralem seu pro-cathedralem circumscriptioni, quare documentum constitutivum ad statuendum locum Administrators apostolici sedis modum servat<sup>112</sup>.

Ex altera parte, secundum Arrieta «l'amministrazione apostolica, in definitiva, rappresenta un esempio di circoscrizione essenzialmente elastica, il contenuto e le caratteristiche della quale devono essere determinate volta per volta dalla Sede Apostolica. È una semplice tecnica organizzativa, di carattere transitorio e vicario, a disposizione dell'Autorità pontificia<sup>113</sup>, per dare struttura gerarchica ad una comunità di fedeli che per circostanze esterne ad essa non può ricevere una configurazione diversa»<sup>114</sup>.

Alia factispeciei peculiaritas datur a norma iuxta quam laici qui usque ad hoc tempus (id est, ad tempus administrationis apostolicae institutionis), fuerunt membra "Sancti Ioannis Mariae Vianney Unionis" seu praecedentis figurae iuridicae conversae in structuram hierarchicam, in forma scripta suam voluntatem patefaciunt, cum petent ut ad novam structuram ecclesiale pertineant<sup>115</sup>.

Haec instantia seu petitio, quae competentis auctoritatis relativum consensum exigit<sup>116</sup>, haud dubias similitudines cum conventione praewisa a can. 296 pro praelaturis personalibus offert. In utroque casu, enimvero, agitur de actu naturae contractualis (qui constat ex sponsione atque acceptilatione), stipulato a fidele laico, ex una parte, et ab ente in persona legitimi repraesentanti, ex altera.

111. Cf. *ibidem*, II.

112. Cf. *ibidem*, XIII.

113. Cf. G. OLIVERO, voce: *Amministratore apostolico*, p. 128; E. MANGIN, voce: *Administrateurs apostoliques*, p. 181.

114. Cf. J. I. ARRIETA, *Chiesa particolare e circoscrizioni ecclesiastiche*, p. 19.

115. Cf. CONGREGATIO PRO EPISCOPIS, *Decretum*, diei 18 Ianuarii 2002, IX § 1.

116. Hic consensus in laicorum membrorum inscriptione in speciali albo apud administrationis apostolicae sedem consistit (cf. *ibidem*).